Et de quibus salua et seorsiva actio in foro competen cum ipso et cum ipsius complicibus reservatur, Violenter circa politam inuasionem domus recepit receptasque pro usu suo conuertit prout protestatio Castren Lublinen contra ipsum et nobilem Gasparum Piotrowsky facta cum quo salua actio reservatur latius obloquitur ad videndum igitur et audiendum poenas legum contra inuasores domum sancitas suprascripto et bonis ac persona eius extendi per iudicium praesentis Castren Lublin decerni citatione eadem latius tenen per ministerialem Generalem Regni nobilem Joannem Zaleski inductice ad iudicium praesentis Castren Lublinen quatuor diebus ultra iuris communis formam ad instantiam suprascriptorum actorum clamatum et non comparen in termino primo in poena contumaciae post sublatum priorem processum admitten iudicio eorum instr condemnauerunt

Inter Jedlinski et Koniczky

lecta Motio

Proposuit iudicialiter coram iudicio praesenti Capitaneali Castren Lublin nobilis Albertus Jedlinski actor contra nobilem Gasparum Konieczki citationem exhibitam Castren Lublin tenoris huiusmodi

Joannes Firley de Dambrowicza Lublinen etc Capitaneus Tibi nobili Gasparo Konieczki in bonis Garbow mo

iam gerenti et quouis modo iure possoni si es possonatus tan
quam possonato sin minus tanquam impossonato de cuius posse
ssione non constat de psona tua summisq[ue] pecuarijs ubi libet sa
bilis mandamus quatenus coram nro iudicio Capli Castren Lu
blinen in terris iudicialibus feria secunda ante festum Puri
ficationis Beatissimae Virginis mariae nunc instans proxi
me ventura in Castro lublinen celebrandis vel ijs defluens
tandem in ijs qui prius et proximius celebrabuntur pro sem
ptoriq[ue] comparas ad instantiam nobilis Alberti Jedlinsky qui
te citat secundo post poenam contumaciae prout te in iudi
cijs Caplibus Castren Lublinen nuper ptentis iudicialibus con
demnauit iure suam primam citationem qua te citauerat pro
eo quia tu eidem actori non vis neque minime curabis reddere
et psoluere debitum certum videlicet Septingentos et quin
quagenta florenos monetae et numeri pollonicalis respectu inter
cessu certae venditionis bonorum oppidi Wasniow et villarum Buszino
wice et Pelioslawice per Rndum Abbatem Polisiowiecen
inter te et eundem actorem factae et conscriptam super summam
concreditam mille et quingentorum florenorum pollonica
lium quam summam integram tu ad manus tuas recepisti
et actori prefato per medium spectantem non psoluisti quam
summam illi psoluere debuisti et promisisti iuxta contra
ctum verbale et concreditum pro tempore certo iam diu
praeterito bono verbo tuo nobili obligasti quod ea omnia
fecisti in maximum damnum et praeiudicium actoris
ob non completionem praemissorum quod sibi contra te

taxat et aestimat ad similem summam septingentorum et quinquaginta florenorum pollon. et ad totius damni quae sibi omnia in termino futuro copiosius deducentur et declarabitur citans itaque ad videndum et audiendum eaque sibi praedictam summam persolui et per iudicium nostrum Castrense Lublinen. adiudicari iuxta vis ad praemissam sunus Datum in Castro Lublinensi Sabbato ante festum Sancti Thomae Apostoli proximo anno Domini millesimo sexcentesimo nono

Et post propositionem suam modo praemisso factam deducto parti citatae legitimo de termino verificatisque contentis citationis suae petiit eandem per iudicium praesens ad satisfactionem compelli

Citatus vero per suum plenipotentem allegauit forum iudicij praesentis pati non posse nec teneri siquidem possessionem suam sufficientem esse commonstrauit verificandoque eandem in iudicium praesens reproduxit vero obligationis inscriptionem bonorum Villae Garbow per Generosum Petrum Gorrij de Lublin. ferum Lublinen. quibus reproductis ac in futuro termino applicationis deducendis petiit se a foro praesenti uti incompetenti liberari effici seruatis de iure seruandis

Actor vero possessionem tantam citati inualidam esse declarauit quae est temporanea non autem haereditaria seu perpetua quae se ad praesens in casu tutari non potest eaque in secundo termino non utebatur neque forum excipiebat imo ad decretum dillationis litem contestauit petiitque actor ut allegationibus citati in partem reiectis foro admouendo cius in causa respondere decerni reseruatis de iure reseruandis

Et iudicium praesens Capitaneale Castren. Lublinen. circa

[illegible] partium actor per nobilem Stanislaum [illegible] ... per Nobilem Martinum [illegible] [illegible] ... coram se factis bene diligenter exauditis et intellectis eo considerato quoniam [illegible] possessionem suam sufficienter produxit et ipsam docuit ideo a foro praesenti liber est pronunciatus.

Quam sententiam et decretum praemissum pars actor pro iure non suscepit nec in eo acquiescere voluit verum ab eo et cum eo ad Magnificum Joannem Firley a Dambrowicza Capitaneum Lublinensem ad iudicia ordinaria Generalia [illegible] Regni Lublini [illegible] per Ministerialem Generalem Regni nobilem Joannem Zaleski monuit terminum ipsi sententiae expurgandae sibi et parti motionem et causam suae prosequendam inter causas Pallatinatus Lublinensis praefigendo

Quam motionem praefatus magnificus Capitaneus Lublinensis parti actoreae admisit terminum partibus modo praemisso inter causas pallatinatus lublinensis conservando

Orzesko bannitus et publicatus

Instigator Judicii praesentis Capitanealis Castrensis Lublinensis et delator Generosus Dobrogostius Generosi olim Joannis [illegible] filius actor et [illegible] pars nobilem Joannem Orzesko [illegible] Capitanei Castrensis Lublinensis ad bannienda et de regno poloniae dominiisque eius annexis [illegible] [illegible] citatum per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zaleski iuridice ad iudicium praesens Capitaneale